

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus

### Caput 8: De qualitate religiosorum (2)

Unde Ieronimus:

Crucifixus est, et blasphemat Christum,  
qui habitum religionis portat, sed opera secularium facit.  
Hic crucem habet et non salutem, mortem et non vitam,  
passionem sed et damnationem corpore proximus Christo,  
sed remotus corde iuxta Christum moritur,  
sed non transit cum Christo in paradisum,  
sed potius cum latrone blasphemero et cum proditore discipulo,  
quorum alter de cruce descendit ad mortem,  
alter de patibulo ad eternum supplicium,  
qui crucem portat et in ea non crucifigitur,  
non portat eam ut Christus suam,  
sed ut cineus alienam.

[fons nondum repertus]